

**Ein Brief Konrads von Gelnhausen aus dem Jahre 1379.**VON DR. L. SCHMITZ.

---

Neuerdings ist die Vermutung ausgesprochen, dass Konrad von Gelnhausen bei der Abfassung seiner *Epistola Concordiae* vielleicht durch das *Somnium viridarii* des Philipp de Maizières beeinflusst worden sei (1). Dass in der That zwischen den beiden Männern eine enge Verbindung bestanden hat, lehrt uns ein Brief, der (im Originalconcept?) in dem Cod. Palat. 606 fol. 160 der Vatik. Bibl. erhalten ist. Dieses Schreiben giebt uns zwar keinen direkten Beweis für jene Aufstellung; es ist aber trotz seines dem damaligen Zeitgeschmack entsprechenden, schwülstigen Stils in Anbetracht des spärlichen Materials, das uns über die Person und die Lebensschicksale des Verfassers bisheran zu Gebote steht, der Veröffentlichung wert. Es enthält eine in den wärmsten Ausdrücken abgefasste Danksagung an Philipp de Maizières dafür, dass er sich im Interesse von nicht näher bezeichneten Mönchen oder Clerikern, wie es scheint, beim französischen Könige verwandt hat, mit der Bitte, diesen auch weiterhin seine kräftige Unterstützung zu gewähren; damit verbunden ist eine Lobpreisung Karls V. und seiner Regierung (2). Der Glanz Frankreichs unter seinem jetzigen Könige, gesteht der Verfasser, habe ihn schon

---

(1) *Kneer*: Die Entstehung der konzialären Theorie. Erstes Suppl.-Heft der Röm. Quartalschrift, S. 57.

(2) Vergl. dazu das ähnliche Lob, das Heinrich von Langenstein in seiner *Epistola pacis* ausspricht, bei *Scheuffgen*: Beiträge zur Geschichte des Schismas, S. 51 Anm. 2.

zweimal zur Übersiedelung nach Paris, das eigentlich Paradies genannt werden müsste, bewogen (*allexit et revexit*).

Für die Feststellung des Datums haben wir, abgesehen davon, dass das Schreiben offenbar die Zustände Frankreichs in den letzten Regierungsjahren Karls V. schildert, zwei Anhaltspunkte: die Erwähnung des kürzlich erfolgten Todes Kaiser Karls IV. († 28 Nov. 1378) und die Mitteilung am Schlusse des Briefes, dass der Schreiber nach seiner Rückkehr von einer beabsichtigten Reise (Pilgerfahrt?) dem Könige seine Ansicht über die dem Adressaten bekannte Materie schriftlich übergeben werde. Mit dieser letzteren Erklärung will Konrad ohne Zweifel auf die *Epistola Concordiae* hindeuten, welche im Mai 1380 von ihm vollendet wurde. Demnach erhalten wir den 18 Juli 1379 als Datum des Briefes. Bezieht sich dagegen, was aber kaum anzunehmen ist, dieser Hinweis auf eine andere Schrift (1), die Konrad von Gelnhausen dem Könige zu überreichen gedenkt, so könnte für die Datierung nur noch das Jahr 1380 in Frage kommen, in welchem Jahre am 16. September Karl V. von Frankreich stirbt.

Bezüglich des nun folgenden Abdruckes des Briefes sei bemerkt, dass die Citate, die wir unter den Text gesetzt haben, in der Vorlage am Rande stehen.

Nobili et preclare sapientie militi domino Philippo de Maseriis serenissimi domini regis Francorum consiliario Conradus prepositus ecclesie Wormaciensis tantillus decretorum doctor se totaliter in Ihesu salvatore.

Cogitanti mihi de vobis in cubiculo cordis mei concludens conclusi mihi ipsi vos creatori nostro ad conformandum et obsequendum voluntati sue tanto propensius obli-

---

(1) Wie er z. B. in der *Epist. Concordiae* eine « *brevis epistola regali maiestati transmissa* » erwähnt.

gari, quanto amplioribus vos gratiosis muneribus insignivit. Cuius quidem rei verisimilitudinem concipio non tantum ex donis nature et fortune, utpote sanguinis nobilitate, rerum opulencia, principum favore, eloquencia sermonis, venustate morum et ceteris huiusmodi concurrentibus in vobis, que etsi (1) plurimorum vulgique estimatione magnum felicitati amminiculum prebeant, ad veram tamen et perfectam felicitatem seu eciam beatitudinem ex se nec attingunt nec perducunt. Videri autem mihi videor vos altiori quodam gratuito, scilicet dei, dono fore gratiosius subarratum. Quod, ni fallor, inter cetera ex eo precipue communicacio (!), quod, sicut opus exterius indicat, interius in vobis religio et caritatis ardor aut fervescit aut certe grata stabiliens auspicia pedem fixit. An non tractivus funiculus (2) celestis celitis celestinis viris devotissimis cordialiter vinciens vos constrinxit amore visceroso? Nec mirum, quia « omne animal diligit sibi simile; sic et omnis homo proximum sibi, omnis caro ad similem coniungetur, et omnis homo simili sibi sociabitur (3) ». Favor namque et amicitia ex similitudine procedit. Nec sine misterio pro salute illorum premisit vos deus, tamquam secundum Ioseph (4), qui augmentum interpretatur. Augetur profecto religionis libertas et divinus cultus apud dictos sanctos viros multifariam ampliatur; cum circumspecta vestra providencia ipsorum curialibus negociis expeditis ipsi remanent in quiete, ei, cui se devoverunt, obsequentes, quos eciam velut alter Abdias (5) pascitis in speluncis et quemadmodum Abacuc (6) pavit Danielelem. Unum sperandum vobis superest oratione ipsorum Helye curru igneo (7) subvehi in paradisum. Sed

(1) Arist. in: De bona fortuna et X ethic. cap. 12.

(2) Osee XI (v. 4).

(3) Ecclesiastici XIII (v. 19-20).

(4) Genes. 42.

(5) 3 Reg. 18 (v. 3-4).

(6) Daniel. 14 (v. 32 seq.).

(7) 4 Reg. 2 (v. 11).

nec statum salutis vestre iminuere (!) videtur familiaritas tam catholici tamque clementis principis Francorum supradicti, qui, ut reor, in se ipso valde bonus existens non mediocriter amat et timet « eum, per quem reges regnant (1) ». Neque eciam vobis minimi est meriti erga eundem regem, qui, ut accepi « in veritate iudicat pauperes (2) », causas miserabilium gratuite promovere propter deum. Queso tamen, ut, cum dominus inspiraverit, navicule funem solo herentem magis prescindere quam solvere festinetis. Et quia de rege incidit sermo, audeo dicere et vere verum me credo dicere — si tamen vera sunt ea, que tam celebris fama quam eciam ipsius piorum operum seu fructuum, ex quibus salvator noster nonnunquam de interioribus argumentari exemplo docuit (3), multitudo ac magnitudo attestantur et ego ipse experientia didici aliquali — quod nemo ex regibus aut principibus sibi hodie valet virtutibus et sapientia simulari. In ipso namque sanctorum progenitorum regum Francorum, sed et moderni temporis illustrissime imperialis domus celeberrime memorie dominorum Caroli avunculi, qui proch dolor! noviter, quia, ut estimo, mundus malignus eo dignus non fuit, est vita functus, et proavi Henrici Romanorum imperatorum divorum specimen ingenii atque bonitatis concurrat et elucet. In ipsius nempe regno et precipue Parisius pax applaudit, sapientia radiat, deus excolitur, mores nitent, extranei honorantur, et ut ad unum dicam: omnium, que humanam decorant vitam, admirabilis consurgit pulchritudo, ut non tam Parisius quam Paradisius congrue vocitetur; quorum odoris dulcis flagrantia huc de longinquis me exiguum allexit et revexit. « Beata ergo terra, cuius rex nobilis est (4) », non tam natalibus quam moribus et virtute; ut et de eo congrue dictum videatur: « Beati viri tui et beati servi tui (hii), qui stant coram te semper

---

(1) Prov. 8 (v. 15).

(2) Prov. 29 (v. 14).

(3) Joh. 10.

(4) Ecclesiastes 10 (v. 17).

et audiunt sapientiam tuam (1) ». Porro, quia sic quasi incidentaliter (2) in verbis profluxi, supplico ut parcatis. Ecce in celo hic testis meus, quod oleum adulationis per hec vendere non intendo, sed ad animandum vos utcumque ad continuationem et perseveranciam in sancto proposito et ad zelum, quem ad memoratos sanctos viros animo geritis indefesso, commendandum ausu caritatis hec deprompsi. Ait enim sapiens: « Laudet te alienus, non os tuum (3) » et iterum: « Laudent eam in portis opera eius (4) ». Laudavit (5) etiam viros gloriosos filius Syrach Ihesus. In nomine Ihesu Nazareni salvatoris, qui vos de bono in melius conducens evacuato, quod ex parte est (6), producat ad perfectum. Amen. Quo duce ob reverenciam virginis vado peregrinatum cumque reversus fuero, ipsa sui gratia cum filio inspirante concipienda in materia, de qua nostis, domino regi tradam, cui me humillime recomendo.

Scriptum Parisius die XVIII<sup>a</sup> mensis Iulii.

---

### Notizen

#### zur Lebensgeschichte des Kardinals Nikolaus von Cues.

VON H. V. SAUERLAND.

---

In dem kürzlich erschienenen 90. Hefte von Wetzer und Welte's Kirchenlexikon findet sich ein von Prof. v. Funk ausgearbeiteter Artikel über den obengenannten Kardinal.

---

(1) 3 Reg. 10 (v. 8).

(2) Job. 16.

(3) Prov. 27 (v. 2).

(4) Prov. 31 (v. 31).

(5) Ecclesiastici 44, 1.

(6) 1 Cor. 13 (v. 10).